

AD CELEBRITATEM
NUPTIARVM

ORNATISS. ET
DOCTISS. IUVENIS

DN. PETRI ISENBERGII
HALENSIS, LL. CANDIDATI,
Reuerendi & Clarissimi viri Dn. M.
IACOBI ISENBERGII
Senioris F. Sponsi,

ET

HONESTISS. CASTISSI-
mæq; Virginis, SARÆ, prudentis. quon-
dam ac Senatorii ordinis in Repub. Seruestana
viri, Dn. MICHAELIS SPECHTII
P. M. relictæ F. Sponsæ,

CARMINA CVM SOLENNI VO-
TORVM APPRECIATIONE NVNCVPA-
ta ab amicis, quorum suis singulorum versibus no-
mina subiecta sunt.

Ad D. XVIII. Cal. Decembris.

Anno 21507071as

cIo. Io. XCII.

SERVESTÆ,

Excudebat BONAVENTURA FABER.

IN NVPTIAS
ORNATISSIMI IUVVENIS,
PETRI EISENBERGII, LL. candidati;
Et honestissimæ Virginis, SARÆ
SPECHTIÆ, &c. Vo-
tum Amici,

Impia qui prohibet, non impietatis is au-
(ctor
Esse potest: rectos nō nisi recta decent.
Sancit æternus socialia vincula lecti:
Sunt igitur thalami fœdera grata Deo.
Mens Deus est verax, casti sancitor & ignis;
Hæc duo discernunt demonas atq; Deum.
Unigenæ placuit mensas decorare iugales,
Tum quando liquidas in mera vertit aquas.
Haud igitur Christi servus, quicumq; iugales
Incusat tædas, sed ferus hostis erit.
Ter magis at, teneri vas qui conspurcat honestum
Corporis, æterno displicet iste Deo.
O pater, ô Fili Patris, ô castissime Flamen,
Vive, coequalis, trine, sed vne Deus:
Tu gregis electi mentes & corpora flammis
Vsta tuis casto fœderis igne liga.


*Tu procul à nostris mores præsepibus arce
 Spurcos, tu fidei vincula rumpe vaga.
 Protege regnorum proceres, castosq; penates,
 Dogmata qui verbi non temerata colunt.
 In primis serua, tua quotquot viscera, Christe,
 Exilioq; leuant, hospitioq; fouent.
 Semper & inter nos semen tibi collige sanctum,
 Quod tibi confidat, te veneretur, amet.
 His etiam faueas, modò qui nectuntur ad aram;
 Amborumq; preces pondus habere iube.*

V Wolfgangus Amlingus, Ecclesiæ Ser-
 uestanæ minister.



VOTVM NVPTIALE.

Mulieres honore maritorum eriguntur, genere
 nobilitantur, radijs maritalibus coruscant,
 & viri fulgorem sentiunt.


*Vi nuptam clariradijs fulgère mariti
 Pronunciauit, annè vidit hic parum?
 Nàmque sator lucis quod creditur esse so-
 Phæbus, putatur hoc maritus coniugi. (rori
 Luminis ille iubar stellis lunaq; ministrat;
 Consortis ornat hic decorem fœmina.*

Solem

Solem tolle, nigris inuolues cuncta tenebris;
Est orba lucis, destituta compare.
Flammivomi fons est Titan fomesq; caloris;
Alget, calentis quæ viri fotu caret.
Prolificos rebus dat sol nascentibus auetus;
Gignente nupta fertilis fit masculo.
Ille suo plantas & germina prolicet igne;
Hortus marita plantulas huic educat.
Ille vagum certis dimensum partibus orbem,
Bissena mundi digerit per sidera:
Hunc penes imperium laris est, nec constitit un-
Domus, regente non labascens fœmina. (quam
Ergo tuæ solem te prabe, sponse, puella,
Quod iura te sacraq; leges edocent.
Nobilis illa tuo sit sanguine, surgat honore,
Radijs coruscet, iugiterq; fulgeat.
Hæc deprompta fero tibi codice, nata Novellis,
Exhaustus omni nunc poëtica ubere:
Dum cano, dum recino toties iterata, maritis
Ad usque raui gratulatus, carmina:
Ingratos inter Musaq; scholæq; labores,
Inertia quos aggrauat morositas.
Nec fore grata minus iuris legumq; perito
Hæc spero, fonte ducta quàm Phorcynidos.

*His meliora parens addat tuus, arcta premendo
Cui sors preces & vota dictat exuli.*

Gregorius Bersmanus.

Ἰδιῆ Ἰθαλάμῃ.

A Vrem quis Genius, quaso, tibi vellit insu-
(surrans,
Præponderare opibus decorem honesti?
Quis vè tibi, dotem formæ decus esse, suggererat,
Mancipium ut esse dotis hinc caveres?
Navis ò emuncta iuvenis, P E T R E, Socratea
Sic agere charta, & Cecropij tabella: (iussit
Sic monuit pietate gravis, nive sic verendus alba
Consuluit ipse pater, boni tenacem
Propositi, quem non seducere turpis ausit auri
Fames, nec aura potentium favoris:
Ducere se ferro nomen, quia, fortiori a vitum,
Durisq; montis cautibus, revolvit.
Instar at oraculi velut est tibi suasio parentis,
Virtutis es sic amulus paterna,
Dum nuda iungis fidei benè vinculis adunans
Libetridas cum Gratiis decentes.
Nec satis hoc: sociam sese his Themis addit, æquiori
Vultu favetq; catui sororum.

Tristis

Tristis mitescit Themidis rigor & severitudo,
Lepore tincta Aganippidum venusto.
O ter felicem nuptam & quater, adiugat maritum
Cui nunc tori auspex, pronubusq; talem.
O ter felicem sponsum & quater, adiugat maritam
Cui numen equum, splendidam nitenti
Exsuperat dotem qua corpore, cultioribusq;
Forma premit qua moribus nitorem. (men,
Qua S A R Æ memori sub pectore ruminando no-
Te, sponse, Dominum blanditer vocabit:
Millia qua centum dederit tibi basiationum,
Te agnellulumq; turturemq; dicet:
Cui totidem reddes tu millia basiationum,
Quam dixerisq; columbulam & philomelam.
O certo maneat constans amor hic tenore, & illa,
Primo toro qua prima sumseritis,
Dum celum ducetis, nomina fortiter tenete,
Nec sortis ista amaritudo mutet.
Quin etiam dulces ubi cluserit hosce ocellulos mors,
Mutuiter umbra amantium incalescant.

Iohann: Theopoldus.

A L I V D.

VT tibi de sponsa grater, vitæq; iugali
Versibus acclamem, quæris amice, meis.

At

At me Pierides non effecere poetam:
Nec mihi Musarum triga sacra fauet.
Sunt alij, quorum corda ex meliore metallo,
Qui tibi Musæo tincta lepore canant.
Berfmannum dico, cui mens divinior, atq; os
Magna sonans, vatis nomen habere dedit.
Dico Theopoldum Musis & Apolline prompto
Texentem gratis verba ligata modis.
Nec deerit numeris numerosus, Petre, Voitus
Gratari, & thalamum concelebrare tuum.
Cur non absistis me sollicitare? quid anser
Obstrepet, argutus cum bene cantat olor?
Carmina num ut sapiant mage suaviloquentia
Me malè tornatos vis dare versiculos? (vatum,
Sic puto: Meonium vatem sic Chærilus ornat,
Bathyllus confert laudibus Ausonij.
Ni vox aspera, ni vox rauca incurreret aures,
Clarisona nunquam gratia tanta foret.
Et mea sponse legens, quis musa fauentior, atq;
Divitis ingenij vena benigna fluit,
Acceptos magis & gratos fortassis habebis.
Compositu obliqui recta placere solent.
Huic fini versus scribo, tadasq; iugales
Ex animi grator mente tibi atq; tuæ.

Non

Non sit litigijs locus, atrox exulet ira:
Coniugio nexos gratia blanda decet.
Una utriq³ quies, unà letetur uterq³:
Unus utriq³ labor, cordoliumq³ fiet.
Illa suos aliò nolit transferre labores,
Non aliò quàm ad te gaudia ferre velit.
Tuq³ tuos aliò nolis transferre dolores,
Non aliò quàm ad te gaudia ferre velit.
Costa, viri robur, fingenda præbuit Eva
Materiem, costæ carne obeunte locum.
Sic tu Petre viræ robur, viresq³ ministra,
Reddat mollitiem carnis at illa tibi.
Sed quid ago? Lecti vobis socialis honorem
Gratari, & captis fausta fouere volens, u
Coniugio observanda fero præcepta ligatis,
Subijcioq³ alijs non mihi nota satis.
Desino nugarum: Grator voveoq³ quietum
Curarumq³ expers coniugium, atq³ ferax.
Cum patre, sponse, tuo, tecum contendere natus
Doctrina & vera religione velit.
Cum genitrice tua & tecum contendere nata
Virtute & morum, sponsa, decore velit.

Nicolaus Dethlevus
Hamburgensis.

B ALIVD.

A L I V D.


Nomina dura tibi Petra & mons ferreus
Sedis in valle cereus. (indunt;
Spechtias in causa est; quæ te deiecit aman-
Mentemq; mollit feram, (tem,
Non vi, non pretio, sed honesto pectore, forma
Venusta, & ore eburneo.
Maacte hac sis Nympha, qua cum longo agmine
Beatitatis copias, (duces
Doctrinaq; tua, laudisq; & sanguinis, olim
Iam destinata premia.

Isaac Memmius.

DOTES NOVORVM
CONIUGVM.

Ducit te inuenis dotatus, Sponsa tenella,
Vxorem: dotes sunt Amor & Pietas.
Sed quanta hæ dotes? docta instructum ar-
(te maritum
Nil magis exornat, quam Pietas & Amor.
Prestans Sponse, tibi nubit dotata puella:
Dos huic est Pietas atq; Pudicitia.
Sed quanta hæc dos est? hæc longè maxima dos est,
Quam potis est, caro femina ferre viro.

E cælo

 I mihi se facilem daret in mea carmina
 (Phœbus,
 Præberetq; sua plectra Thalia tyra:
 Mens ferret celebrare noua præconia nuptæ,
 Et genus, & formam, pectoris atq; bona.
 Cuius labra rosas equant, & lumina stellas,
 Et non calcat am lactea colla niuem.
 Nec minus aggrederer uersu detexere laudes,
 Sponse, tuas, Clarij gloria, sponse, chori.
 Ante aliosq; tuum memorarem carmine patrem,
 Cui par doctrina religionis amor.
 Vena sed exiguo quoniam mea flumine manat,
 Nec mihi Castalias Musa ministrat aquas:
 Vota feram, gemmis, auri potioraq; donis, (ris.
 Quod uehit amne Tagus, quas rotat unda ma-
 Vota mouent superos: patula Deus aure rogantùm
 Vota capit, uanas nec sinit esse preces.
 Sit tibi, sponse, precor mens sano in corpore sana:
 Gramina quot campis, tot sine nube dies.
 Sit sine lite torus; pax mensam blanda coronet,
 Pressa ferat fidei basia gratus amor.
 Non incestet edax amborum gaudia luctus,
 Unanimem turbet nulla querela domum.

Limina

Limina seruet amor, mitis concordia lectum
Ambiat, Euphrosyna cumq; gemella soror.
Incrementa parit paruis concordia rebus,
Pectore bina uno corpora iungit amor.
Una sit in gemino vobis mens corpore; duplex,
Quaq; duobus erat, desinat esse caro.
Non vos pestiferi ledant contagia morbi,
Auertente Deo, quicquid in orbe mali est.
Hic vos alarum tutos sub tegmine praestet,
Pellat Et à vestro noxia quaq; lare.
Quis damnum dederit, quis nobis bella mouebit,
Si dux pro populo stet Deus ipse suo?
Aspiret vultu vobis fortuna sereno,
Et stabili seruet fida tenore fidem.
Congestoq; domi rumpantur scrinia nummo,
Nec desint culti iuger a grata soli.
Tradita reddat ager cum fenore semina multo,
Assiduo vester luceat igne focus.
Mensam onerent epula, fluat ubere cella Lyao,
Mille boum pascant florida prata greges.
Non uteri fructu careant connubia prole,
Latus eat vobis fertilitate torus.
Qualis agens viridi se cortice palmes in auras,
Innectit patula tecta laremq; coma:

Non aliter cingant vestrum latus, atq; corona
Tergemina decorent pignora cara dapes.
Nata suam referat genitricem dote pudoris,
Filius ingenij dexteritate patrem.
Hæc inter producat is bona molliter annos,
Servantes summi iura tremenda DE I.
Mathusala superes vivendo, sponse, senectam,
Sponsa Sibyllina secula vatis agas.
Munus opusq; DE I est, spatium producere vitæ,
Auctorem vitæ vos celebrate DEV M.
Hic, precor, hic iubeat natorum cernere natos,
Et longæ seriem vos numerare domus.
Vivite felices; divino vivite tuti
Numine, quod vobis anchora, turris erit.
Vivite concordēs; non mors seiungat amantes,
Una dies ambos tollat, & una fides.
Eventura precor. votis Deus annuat æquis,
Qui precibus iustis pondus inesse iubet.

Gregorius Petrus Bersmanus.

ALIVD.

ALIVD.

Virgo datur nuptū iuveni speciosa decoro,
Præsto sis tædis, ò Deus alme, nouis.
Tàm benè rara rosis miscentur lilia odo-
(ris,

Lucida iuncta auro tàm benè gemma micat.
Populum & haud melius sibi vinea culta maritat,
Nec plus ruta hortos, saxaq; nardus amat.
Candida perpetuò thalamum concordia cinge,
Semper utriq; iugos parili equus Amor.
Dulcia fœcundi dent lecti pignora; quondàm
Diligat hic canam, diligat illa senem.

Petrus V Vesenbecius Mat-
thæi filius.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118



Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindermeister
Merseburg a. S.

VDA 7

